UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Monath April, biß zu Ende des Jahrs 1646. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103122

§. XXVI. Der Käyserlichen Antwort in puncto Satisfactionis Suecicæ, nach der Frantzosen an handgeben: Erster Aufsatz solcher Kayserlichen Responsition.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52163

Visual Library

1646. Nov. ſuchen, ſie möchten der Frantzoſen Erklärung vernehmen, wie weit ſie es mit den Schweden in hoc puncto gebracht hätten; dann, weil ſie, Frantzoſen, ſich zu Interpoſitoren zwiſchen den Kayſerlichen und Schweden anerboten hätten, dieſe aber vorgeben thäten, daß ſie mit ihnen, den Frantzoſen, in allen verglichen wären; ſo müſte man die eigentliche Beſchaffenheit davon wiſſen: ſonderlich aber, ſo viel dieſe prætendirte Schwediſche Satisfaction anlange, da wüſten die Frantzoſen, daß die Kayſerlichen ihnen dabey vornemlich 2. Conditiones proponiret hätten, erſtlich, daß Schweden allein mit halb Pommern ſich contentiren laſſen, und den andern halben Theil an Chur-Brandenburg reſtituiren, ſodann zweytens, daß der Kayſer, ſo wohl deswegen, als auch reſpectu der Pfältziſchen Sache allerdings ſchadloß, und weder an Bäyern noch Brandenburg einige weitere Recompens zu erſtatten ſchuldig ſeyn ſolle: Des geweſenen Adminiſtratoris Recompens, ſey eine neue Forderung, dazu ſich Jhro Kayſerliche Majeſtät um ſo viel weniger verſtehen könten, weil dieſer Adminiſtrator ſelbſt nie dergleichen geſucht habe: Ferner wäre eine neue Forderung, daß die Schweden nicht allein ſimultaneam Inveſtituram auf Hinter-Pommern, ſondern auch, biß dieſe Expectanz fällig werde, inzwiſchen ein Æquivalent haben wolten. 1646. Nov.

§. XXV.

Oxenſtierns Erklärung darüber, an die Kayſerlichen.

Und weil Oxenſtiern, ſchon des folgenden Tages wieder nach Oſnabrück reiſen wolte; ſo ſtelleten Jhm die Kayſerliche Geſandten ſolches alles ebenfals vor; darauf derſelbe zur Antwort ertheilte: weil Jhm die Chur-Brandenburgiſche Geſandten angezeigt hätten, daß ihr Churfürſt eine neue Vollmacht, wegen Pommern zu tractiren, nach Oſnabrück geſand habe; ſo wolle er ſich ſchleunig wieder dahin verfügen, indeme gleichwohl der Crone Schweden daran gelegen ſey, daß ſie die Pommerſchen Lande, wo immer möglich, mit des Churfürſten contento erhielte: Was ſodann, die in der Schwediſchen Schrifft enthaltene Satisfactions-Poſtulata beträffe, daß wäre nun ihr ultimatum, und würde daran nichts weiter können geändert werden. Die Crone Schweden, wolle dem Churfürſten, das gantze Hertzogthum Hinter-Pommern, exceptis partibus in ſcriptura nominatis, aus lauter Gutwilligkeit, keines wegs aber aus Schuldigkeit reſtituiren, wie er es dann auch um die Cron nicht meritirt hätte, ſondern es könte die Cron Schweden, ſolche Lande ſämtlich Jure Belli, gar wohl innen behalten, deswegen ſie auch befugt wäre, ad interim, und biß die Expectanz auf das übrige fällig würde, ein Æquivalent zu begehren, und werde ſich ſchon bey Fortſtellung der Tractaten ergeben, worinnen ſolches Æquivalent beſtehe. Ubrigens würde ſein Collega *Salvius* noch in etwas zu Münſter beharren, und der fernern Handlung abwarten.

§. XXVI.

Die Kayſerlichen verfaſſen ihre Antwort in puncto Satisfactionis Sueciæ, nach der Frantzoſen an Hand geben.

Es waren aber die Kayſerliche Geſandten im Begriff, eine Antwort auf obgemeldte Schwediſche Schrifft zu verfaſſen, da der *Venetian*iſche *Orator*, Jhnen am 20. Nov. die Antwort von den Frantzoſen zurück brachte, wie ſie davor hielten, die Kayſerlichen ſollten der Schweden Impertinentien refutiren, ſodann ihr Oblatum, allein auf Vor-Pommern, ſine incluſione Particularum ad Poſteriorem Pomeraniam pertinentium, ingleichen auf Bremen und Verden, reſervato tamen ſtatu Eccleſiaſtico, auch den Port Wismar richten, und wegen Brandenburg weiter nichts, als Halberſtadt zur recompens offeriren: Die Frantzoſen verſprächen, alle ihre Officia anzuwenden, es dahin zu bringen, und wären im übrigen gar nicht mit dem Oxenſtiern zufrieden.

Hierauf verfaßte Volmar alſogleich das Concept der Kayſerlichen Reſponſion, welches dem Oxenſtiern noch vor deſſen Abreiſe wolte zugeſtellt werden: indeme ſichs aber mit dem Abſchreiben biß in die Mitternacht verzog, und Oxenſtiern darüber fortreiſete; ſo wurde ſelbige, Mittwochs den 21. Nov. durch den Legations-Secretarium Schrötern, dem *Salvio* inſinuirt: Erſter Aufſatz davon.

Reſponſio Cæſareanorum ad Poſtulata in puncto Satisfactionis Suecicæ.

Ex parte Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Plenipotentiariorum ad Poſtulata, quæ proxima die Dominica per Sereniſſimæ Reginæ Sueciæ Plenipotentiarios propoſita ſunt, viſum eſt, prout ſequitur, reſpondere.

Cum de concedenda Coronæ Sueciæ Pomerania Anteriori ſeu Citeriori, vulgo Vor-Pommern dicta, in Tractatibus antecedentibus ſermo fuit, nunquam ex parte Imperatoris id aliter intellectum, quam ut antehac inter priſtinos Pomeraniæ Duces Provincia hæc in Anteriorem & Poſteriorem diviſa fuit, non attento, aliquæ particulæ ad alterutram pertinentes, cis & ultra Oderam ſitæ eſſent. Deinde cum iſta petitio de impertienda ſimultanea Inveſtitura prorſus nova ſit, neque antehac, quantum equidem Cæſareani meminiſſe poſſunt, in medium producta: ideo putant omittendam, tum quod termini hujus ſimultaneæ Inveſtituræ ſint prorſus inæquales. Cum enim in talibus Inveſtituris ſpes militet mutuæque utriusque inveſtiti ſucceſſionis, caſus hic in Corona Sueciæ, ut quæ nunquam mori intelligatur, contingere nunquam poteſt, unde nec credibile eſt Domum Electoralem Brandenburgicam in eam conſenſuram, tum quod hæc res apud Germaniæ Principes maximam æmulationem excitare poſſet. Hinc & Imperator in conceſſionem alicujus rei æquivalentis, donec caſus exſpectatione contingat, nullatenus adſtringi poteſt. Nam cum Domini Sueci velint, reſtituendo Pomeraniam Poſteriorem, beneficio id Electori Brandenburgico tribuere, ab omni ratione alienum & æquitati contrarium eſſet, Imperatorem & Imperium id luere, & propter aliena commoda damno affici. Epiſcopatus Caminenſis antehac in poſtulatione non fuit, nec ad partes Ducatus Pomeraniæ pertinet, ſed proprio jure Immedietatis erga Imperium gaudet, conſequenter in eodem relinquendus erit.

His ita præmiſſis Cæſareani Satisfactionem Reginæ & Regni Sueciæ ſequentibus articulis comprehendunt. Et quia utrinque intereſt, tam Electorem Brandenburgicum quam Ducem Megapolitanum huic alienationi ac translationi aſſenſum præſtare; ideo Domino Electori Brandenburgico, ſiquidem conſenſum pro concedenda Suecis Pomerania Citeriori dederit, reſtitui debet Ducatus Pomeraniæ Poſterioris cum omnibus ſuis appertinentiis, ſicut antehac ad prædeceſſores Pomeraniæ Duces pertinebat, ſalva tamen aliqua donatione a Rege aut Regina Sueciæ in aliquem Suorum Officialium in eadem facta. Pariter eidem Electori pro recompenſatione juris, quod habet ad Pomeraniam Citeriorem, concedit Imperator Epiſcopatum Halberſtadienſem, ſalvo tamen ejusdem Statu Eccleſiaſtico, & ut omnia in ea diſpoſitione quoad Eccleſiaſtica, Politica & Feudalia relinquantur, quemadmodum Sereniſſimus Archi-Dux *Leopoldus Wilhelmus*, durante ſua adminiſtratione ordinavit, Imperator concedet eidem Privilegium Academiæ ſive Univerſitatis Grypswaldiæ in Pomerania Citeriori erigendæ. Itidem concedat Imperator Reginæ & Coronæ Sueciæ reſpectu dictarum terrarum Imperii Privilegium de non appellando, niſi ſumma in Judicium deducta 500. aureos Rhenanos in auro excedat, ita tamen ut Regina ac Corona Sueciæ ſua Dicaſteria Provincialia in locis opportunis conſtituta habeat, nec ſubditos extra limites Imperii Juris reddendi accipiendive cauſa evocare præſumat.

Viciſſim teneantur Reges Regnumque Sueciæ eveniente caſu toties quoties Feudum hoc per honoratos ſuos nuncios ab Imperatore & Imperio recognoſcere, atque Inveſtiturarum renovationes petere, fidelitatem & homagium tum etiam quæ ex homagii jure debentur, ſicut Anteceſſores cœterique Principes Imperii præſtare, tum dictarum ditionum Statibus, Va-

1646. Nov. Vaſallis, & hominibus competentia eorum Jura & Privilegia, ab anteceſſoribus legitime acquiſita & obtenta confirmare & conſervare; Et ſiqui è dictis Provinciis durante bello propter ſervitia Cæſari Ejusque Fœderatis & Adhærentibus præſtita ſuis bonis privati fuerint, eos reſtitui jubebunt. Intuitu etiam dictarum Ditionum cum vicinis Regibus & Rebuspublicis bonam amicitiam ſervent, ne Imperator & Imperium Romanum eorum cauſa, inviti & absque præcedente conſenſu, cum iis bello committantur. Inprimis vero teneantur per haſce ditiones, per flumina & per mare, quibus alluuntur Romani Imperii Civibus cujuscunque ſtatus & ordinis, liberum Commerciorum uſum permittere, ac præſertim Civitatibus Anſeaticis ſua Privilegia & immunitates illæſas relinquere. 1646. Nov.

Quod ſi Elector Brandenburgicus illis, quæ, ut prædictum, ipſi in recompenſationem cedant, contentus eſſe conſenſumque ſuum præſtare noluerit, tum licitum eſto Reginæ Regnoque Sueciæ, juxta propoſitionem ab Ejusdem Dominis Plenipotentiariis factam, quicquid prædictorum locorum ad utramque Pomeraniam, Ducatumque Megapolitanum ſpectantium in poſſeſſione habeat, absque ulla ulteriori moleſtatione penes ſe retinere, ac nihil ominus Imperator & Imperium Pacem inviolatam cum dicta Regina & Regno Sueciæ conſervabit & manutenebit. Actum Monaſterii 20. ſt. nov. Novembr. Anno 1646.

§. XXVII.

Verånderter und vermehrter Auſſatz.

Es wurde aber ſolche Reſolutio Cæſareanorum in verſchiedenen Stücken hernach geåndert und vermehret, wie aus folgendem Auſſatz erſcheinet.

Reſolutio Cæſareanoum ad Propoſitionem Suecicam in puncto Satisfactionis, Monaſterii d. 20. Octobris 1646.

Pro parte Sereniſſimæ Cæſareæ Majeſtatis Plenipotentiariorum ad Poſtulata, quæ proxima die Dominica per Sereniſſimæ Reginæ Sueciæ Plenipotentiarios propoſita ſunt, viſum eſt, prout ſequitur, reſpondere.

Cum de concedenda Coronæ Sueciæ Pomerania Anteriori ſeu Citeriori vulgo Vor-Pommern dicta, in Tractatibus antecedentibus ſermo fuit, nunquam ex parte Imperatoris id aliter intellectum, quam ut antehac inter priſtinos Pomeraniæ Duces Provincia hæc in Anteriorem & Poſteriorem diviſa fuit, non attento, aliquæ particulæ ad alterutram pertinentes, cis vel ultra Oderam ſitæ eſſent. Deinde cum iſta petitio de impertienda ſimultanea Inveſtitura prorſus nova ſit, neque antehac, quantum equidem Cæſareani meminiſſe poſſunt, in medium producta: ideo putant omittendam, Tum quod termini hujus ſimultaneæ Inveſtituræ ſint prorſus inæquales. Cum enim in talibus Inveſtituris ſpes militet mutuæ utriusque inveſtiti ſucceſſionis, caſus hic in Corona Sueciæ, ut quæ nunquam mori intelligatur, contingere nunquam poteſt, unde nec credibile eſt Dominum Electorem Brandenburgicum in eam conſenſurum: tum quod hæc res apud Germaniæ Principes maximam æmulationem excitare poſſet. Hinc etiam Imperator in conceſſionem alicujus rei æquivalentis, donec caſus exſpectatione contingat, nullatenus adſtringi poteſt. Nam cum Domini Sueci velint, reſtituendo Pomeraniam Poſteriorem, beneficio id Electori Brandenburgico tribuere, ab omni ratione alienum, & æquitati contrarium eſſet, Imperatorem & Imperium id luere, & propter aliena commoda damno affici.

Novæ